



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||
descriptio.||**

Adrichem, Christiaan van

Coloniae Agrippinae, 1585

VD16 A 298

In Novam Et Absolvitam Vrbis Hierosolymitanae topographicam &
historicam descriptionem, labore & industria Docti & venerabilis viri, D.
Christiani Adrichom Delphensis Bataui, ex ipsis antiquitatibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

IN NOVAM ET ABSOLVTAM
 VRBIS HIERSOLYMITANAE
 topographicam & historicam descriptionem, la-
 bore & industria Docti & venerabilis viri,
 D. Christiani Adrichom Delphensis
 Bataui, ex ipfis antiquitatibus
 erutam. & in lucem
 prolatam.

MICHAELIS AB ISSELT AMORFORTII
 Carmen.

Dilacerant varia mortalia pectora cura
 Terrarum in multas tracta retracta plagas.
 Dum proficiscuntur spaciola per aquora Mundi,
 Dum populos varios regnaq; adire volunt.
 Quid iuuat Aegyptum spectare? quid ostia Gangis?
 Aut Antrōpophagos currere ad occiduos?
 Arctōas sedes, Boaq; noscere regna,
 Insula in Ionio quotq; natant pelago?
 Hec oculos pascunt, animos haud pascere norunt.
 Si desit pietas, scire quid ista iuuat?
 Spectatum i potius loca quæ vestigia Christi
 Sacrarunt, roseo picta cruore Dei.
 I potius Solymas, sine sumptibus ire, pedemq;
 Cùm lubet haud lassum mox reuocare licet.
 Tanta Adrichom nuper peperit tibi commoda Delphus,
 Cui Christus tribuit nomen & ingenium.
 Sumptibus hic magnis, magnisq; laboribus offert
 Antiquas Solymas Lector amice, nouas.
 Quæ trux Chaldaus, quæ Titus & Itala pubes
 Mania destruxit, nunc reparata vides.

Hanc

Hanc urbem quondam Omnipotens è millibus vnam
 Elegit, sacram iussit & esse sibi.
 Hic lex, hic Templum, Dominoq; hic thura cremari,
 Offerriq; dapes præcipiente solent.
 Hic sua reddebant Vates oracula quondam,
 Doctrinae hic veteris pagina scripta fuit.
 Ex hoc vera fides, doctrinaq; vera theatro
 Prodiit, hic parta est gratia lexq; simul.
 Hic licet insignem Christi spectare palastram,
 Qua Satana victo lata trophea tulit.
 Quam quò lustrarent sexus vtriusq; frequentes
 Affluere huc turba cum pietate solent.
 Non iam sylvarum, vastiq; adeunda pericla
 Equoris, aut sumptus hic faciendus erit.
 Cuncta Adrichom Delphi picta loca sacra tabella
 Subijciunt oculis conspicienda tuis.
 Cernis vbi Christus Diuini semina verbi
 Sparsit, vbi cœnans pignora sacra dedit.
 Orat ibi; hic capitur; scelerato hic traditur Anna:
 Hic Caiphus, illic recta Pilatus habet.
 Hic miserè innocuus palturis ceditur Agnus.
 Illic despectus spinea sartagerit.
 Est vbi purpureo flagris laceratus amictu
 Spectandus populo ducitur ante fores.
 Aspicias vt sacro perfusum sanguine Præses
 Condemnat, propriam portat vt Ipse crucem.
 Hic monte excelsa moribundus ab arbore pendet,
 Hic sepelitur, ibi surgit, & astra petit.
 Quid multis? quando mentem deuotio pulsat,
 Siue pati Christum cernere quando voles,
 Ingredere hanc tabulam; durum nec sit tibi Christum
 Per loca supplicij singula quaque sequi.

*Afficiere noua quadam dulcedine: multum
 Scilicet inflammat, res vbi gesta, locus.
 Sit liber in manibus, typus obseruetur ocellis,
 Christi mors animo nec cadet alma tuo.
 Quid tibi nunc Auctor tanto pro munere speras?
 Gratia quaeque tui, merxq; laboris erit?
 Nec petis humanum quicquam, Mundana nec ambis,
 Postquam animo semper vox sonet illa tuo.
 Migrandum mox Delphe tibi, nunc collige tecum
 Sarcinulas, dicet mox herus, hospes abi.
 Quid vis ergo tibi dabimus? cum tanta requirat
 Gratia restitui munera digna sibi.
 Vis dicam? Domino prece commendabere nostra,
 Ut det mercedem, qui dedit ingenium.
 Caestes vt det Solymas habitare benignus,
 Pingere terrestres qui dedit arte tibi.*

ALIVD